



UNIVERSITY OF CAMBRIDGE

CLASSICAL TRIPOS Part IB

Friday 8 June 2007 9 to 12

Paper 3

PASSAGES FOR TRANSLATION FROM LATIN AUTHORS

Answer all the questions.

Use a separate booklet for each Section.

The Examiners will give equal weight to each Section.

Write your number (not your name) on the cover-sheet of each Section booklet.

Candidates who do not write legibly may find themselves at a grave disadvantage.

STATIONERY REQUIREMENTS
8 Page Booklets x 2
Rough Work Pad x 1
Tags

SPECIAL REQUIREMENTS
None

You may not start to read the questions printed on the subsequent pages of this question paper until instructed that you may do so by the Invigilator

SECTION A

Translate:

A1 *Failures in the war against Jugurtha aggravate political tensions in Rome.*

Interim Romae C. Mamilius Limetanus tribunus plebis rogationem ad populum promulgat, uti quaereretur in eos, quorum consilio Iugurtha senati decreta neglegisset, qui ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepissent, qui elephantos quique perfugas tradidissent, item qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent. huic rogationi partim consci sibi, alii ex partium inuidia pericula metuentes, quoniam aperte resistere non poterant, quin illa et alia talia placere sibi faterentur, occulte per amicos ac maxime per homines nominis Latini et socios Italicos impedimenta parabant. sed plebes incredibile memoratu est quam intenta fuerit quantaque ui rogationem iusserit, magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura rei publicae: tanta libido in partibus erat. igitur ceteris metu percussis M. Scaurus, quem legatum Bestiae fuisse supra docuimus, inter laetitiam plebis et suorum fugam, trepida etiam tum ciuitate, cum ex Mamilia rogatione tres quaesitores rogarentur, effecerat, uti ipse in eo numero crearetur. sed quaestio exercita aspere uiolenterque ex rumore et libidine plebis: uti saepe nobilitatem, sic ea tempestate plebem ex secundis rebus insolentia ceperat.

SALLUST *Bellum Iugurthinum* 40

rogatio: bill

in legationibus aut imperiis: in offices of ambassador or commander

quaesitor: commissioner

quaestio: investigation

A2 *Caecina has been harassed by the reckless Aebutius.*

Si, quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque in iudiciis impudentia ualeret, non minus nunc in causa cederet A. Caecina Sex. Aebuti impudentiae, quam tum in ui facienda cessit audaciae. uerum et illud considerati hominis esse putauit, qua de re iure disceptari oporteret, armis non contendere, et hoc constantis, quicum ui et armis certare noluisset, eum iure iudicioque superare. ac mihi quidem cum audax praecipue fuisse uidetur Aebutius in conuocandis hominibus et armandis, tum impudens in iudicio, non solum quod in iudicium uenire ausus est—nam id quidem tametsi improbe fit in aperta re, tamen malitia est iam usitatum—sed quod non dubitauit id ipsum quod arguitur confiteri; nisi forte hoc rationis habuit, quoniam, si facta uis esset moribus, superior in possessione retinenda non fuisset, quia contra ius moremque facta sit, A. Caecinam cum amicis metu perterritum profugisse; nunc quoque in iudicio si causa more institutoque omnium defendatur, nos inferiores in agendo non futuros; sin a consuetudine recedatur, se, quo impudentius egerit, hoc superiorem discessurum.

CICERO *Pro Caecina* 1–2*discepero:* decide

[TURN OVER

SECTION B

Translate:

- B1** *Laodamia sends a letter to her husband Protesilaus, bemoaning the fact that he is delayed at Aulis with the Greek fleet and not with her.*

Aulide te fama est uento retinente morari;
 a me cum fugeres, hic ubi uentus erat?
 tum freta debuerant uestris obsistere remis; 5
 illud erat saeuis utile tempus aquis.
 oscula plura uiro mandataque plura dedisse, 10
 et sunt quae uolui dicere multa tibi.
 raptus es hinc praeceps, et qui tua uela uocaret,
 quem cuperent nautae, non ego, uentus erat.
 uentus erat nautis aptus, non aptus amanti.
 soluor ab amplexu, Protesilae, tuo,
 linguaque mandantis uerba imperfecta reliquit;
 uix illud potui dicere triste “uale”. 15
 incubuit Boreas abreptaque uela tetendit,
 iamque meus longe Protesilaus erat.
 dum potui spectare uirum, spectare iuuabat
 sumque tuos oculos usque secuta meis.
 ut te non poteram, poteram tua uela uidere,
 uela diu uultus detinuere meos. 20

OVID *Heroides* 13.3–20

B2 *Juvenal laments the lack of chastity among women.*

Credo Pudicitiam Saturno rege moratam
 in terris uisamque diu, cum frida paruas
 praeberet spelunca domos ignemque Laremque
 et pecus et dominos communi clauderet umbra,
 siluestrem montana torum cum sterneret uxor 5
 frondibus et culmo uicinarumque ferarum
 pellibus, haud similis tibi, Cynthia, nec tibi, cuius
 turbauit nitidos extinctus passer ocellos,
 sed potanda ferens infantibus ubera magnis
 et saepe horridior glandem ructante marito. 10
 quippe aliter tunc orbe nouo caeloque recenti
 uiuebant homines, qui rupto robore nati
 compositiue luto nulos habuere parentes.
 multa Pudicitiae ueteris uestigia forsani 15
 aut aliqua extiterint et sub Ioue, sed Ioue nondum
 barbato, nondum Graecis iurare paratis
 per caput alterius, cum furem nemo timeret
 caulis et pomis, et aperto uiueret horto.
 paulatim deinde ad superos Astraea recessit 20
 hac comite, atque duae pariter fugere sorores.

JUVENAL 6.1–20

culmus: straw*glans*: acorn*ructor*: belch forth*lutum*: dirt*caulis*: cabbage

B3 Either (a)

O iucunda quies, primo cum testis amori
affueram uestris conscius in lacrimis!
o noctem meminisse mihi iucunda uoluptas,
o quotiens uotis illa uocanda meis,
cum te complexa morientem, Galle, puella 5
uidimus et longa ducere uerba mora!
quamuis labentes premeret mihi somnus ocellos
et mediis caelo Luna ruberet equis,
non tamen a uestro potui secedere lusu:
tantus in alternis uocibus ardor erat. 10
sed quoniam non es ueritus concredere nobis,
accipe commissae munera laetitiae:
non solum uestros didici reticere dolores,
est quiddam in nobis maius, amice, fide.
possum ego diuersos iterum coniungere amantes, 15
et dominae tardas possum aperire fores;
et possum alterius curas sanare recentes,
nec leuis in uerbis est medicina meis.
Cynthia me docuit semper quaecumque petenda
quaequa cauenda forent: non nihil egit Amor. 20

PROPERTIUS 1.10.1–20

Or (b)

omnia procliua sunt, facile descenditur. itaque quamuis podagricus esset, momento
temporis peruenit ad ianuam Ditis, ubi iacebat Cerberus uel, ut ait Horatius, ‘belua
centiceps’. pusillum perturbatur (subalbam canem in deliciis habere adsueuerat) ut
illum uidit canem nigrum, uillosum, sane non quem uelis tibi in tenebris occurgere, et
magna uoce ‘Claudius’ inquit ‘ueniet.’ cum plausa procedunt cantantes ‘εύρήκομεν
συγχαίρωμεν.’ hic erat C. Silius consul designatus, Iuncus praetorius, Sex. Traulus,
M. Heluius, Trogus, Cotta, Vettius Valens, Fabius, equites R. quos Narcissus duci
iusserset. medius erat in hac cantantium turba Mnester pantomimus, quem Claudius
decoris causa minorem fecerat ad Messalinam. cito rumor percrebuit Claudium uenisse.
conuolant primi omnium liberti Polybius, Myron, Arpocras, Ampheus, Pheronaotus,
quos Claudius omnes, necubi imparatus esset, praemiserat. deinde praefecti duo Iustus
Catonius et Rufrius Pollio. deinde amici Saturninus Lusius et Pedo Pompeius et Lupus
et Celer Asinius consulares. nouissime fratris filia, sororis filia, generi, socii, socrus,
omnes plane consanguinei. et agmine facto Claudio occurrunt.

SENECA *Apocolocyntosis* 13.3–5

Or (c)

uictor abes, nec scire mihi, quae causa morandi
 aut in quo lateas ferreus orbe, licet.
 quisquis ad haec uertit peregrinam litora puppim,
 ille mihi de te multa rogatus abit, 60
 quamque tibi reddat, si te modo uiderit usquam,
 traditur huic digitis charta notata meis.
 nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arua,
 misimus; incerta est fama remissa Pylo.
 misimus et Sparten; Sparte quoque nescia ueri. 65
 quas habitas terras aut ubi lensus abes?
 utilius starent etiamnunc moenia Phoebi.
 irascor uotis, heu, leuis ipsa meis!
 sciрем ubi pugnares, et tantum bella timerem,
 et mea cum multis iuncta querela foret. 70
 quid timeam, ignoro; timeo tamen omnia demens,
 et patet in curas area lata meas.
 quaecumque aequor habet, quaecumque pericula tellus,
 tam longae causas suspicor esse morae.
 haec ego dum stulte metuo, quae uestra libido est, 75
 esse peregrino captus amore potes.
 forsitan et narres, quam sit tibi rustica coniunx,
 quae tantum lanas non sinat esse rudes.

OVID *Heroides* 1.57–78

END OF PAPER